



*In Dissertationem DE THERMIS Clarissimi Viri*

**D<sub>n</sub>. GREGORII HOR-**  
**STII MEDICI EXPERIENTISSIMI, ET**  
ARCHIATRI HASSIACI DIGNISSIMI, COLLE-  
gæ Compatriſ & Amici ſui plurimum  
dilecti.

**D**Um ſibi Plutus opes condit tellure ſub imâ,  
Divitiisq; implet terrea clauſtra ſuis: H  
Omnia ſeſe inter miſcet, confuſaque turbat,  
Humida cum ſiccis, frigida cum calidis.  
Inde calor venis terrarum ſe ingerit aptis,  
Et per aquam vires egerit ipſe graves.  
Tangis aquam? clamas, qui me nunc uritis ignes?  
Uſque adeo ſulphur vim dedit, unda, tibi.  
Ebullire vides thermas? ſtrepitu crepituque  
Egeritur fluvii copia magna boni:  
Atque unâ exhalat viſ gazæ divitis ingens,  
Quam Sais ipſa ſuo corpori ineſſe petat.

*Æger*